



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De Iustitia exige[n]tis Guidagia & Talias c. 74.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

non de iis: quæ in proprium usum  
inueniuntur: de his enim vectigal  
exigentes peccant mortaliter, &  
excommunicationem Cœnæ Do-  
mini incurruunt, ut supra lib. I.  
cap.29. Tertium, ne sine Papæ li-  
centia alii Principes à Religiosis  
exigant ex rebus ad eorum usus  
necessariis, secus de mercibus.  
Quartum, quod gabella sit mode-  
rata, ita ut non excedat tertiam  
partem octauæ patris mercium,  
ex quibus exigitur, vectigal vero  
24. patrem

*De iustitia exigētis Guidagia.* &  
*Tallias Cap 741*

**G**uidagia nullus Princeps  
deberet exigere, nam ipso  
iure statu quisque sibi a la-  
tronum incurribus tutum habere  
tenetur, quod si imponat, nec ta-  
men prouideat periculis viato-  
rum, tenetur damna in quæ

illi incurruunt sarcire: præterea gu-  
dagia illa debent esse moderata, &  
à supremis principibus tantum ex-  
igi, sicut & pedagia, nam quod au-  
net ad primam speciem gabellz,  
potest imponi etiam à Domini  
non supremis, debent etiam habe-  
re alias circumstantias, de quibus  
capite præcedenti. Tallia autem  
non est imponenda nisi ob publi-  
cam utilitatem, & in graui nec-  
sitate, qua cessante, ipsa quoque  
cessare debet. In qua præterea ha-  
seruandum est, ut qui pauperiori  
sunt, ab iis minus exigatur.

*De iustitia soluentis gabellas.*

Cap. 75.

**D**Eraudátes gabellas, pena  
li lege positas, soluerentur ante iudicis sen-  
tentiam, & iniustas non soluentes,  
non peccant, nec ad restitutionem  
tenentur. Sunt autem iniusta-